

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Pro. A. Licinio Archia poeta. Oratio XXVI.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

fuit. salus esset oim amissa vna nocte, nisi esset seueritas illa suscepta. Sed vt ad sceleratorum poe-  
 na amore Reip. sum adductus, sic ad salutem innocentium voluntate deducor. nihil video esse in  
 hoc P. Sylla Iud. odio dignum, misericordia digna multa. Neque enim nunc propulsandae calamitatis  
 suae causa supplex ad vos Iudices confugit: sed nequa generi, ac nomini suo nota nefarie turpi-  
 tudinis inuratur. Nam ipse quidem si erit vestro iudicio liberatus, quae habet ornamenta: quae so-  
 latia reliqua vite: quibus letari & perfrui possit: domus erit credo exornata, aperient maiorum  
 imagines, ipse ornatu ac vestitu recuperabit. omnia Iud. haec amissa sunt: omnia generis, nomi-  
 nis, honoris insignia, atque ornamenta, vnius iudicii calamitate occiderunt. sed ne extinctor pa-  
 trie, ne proditor, ne hostis appellet, ne hac labem tanti generis in familia relinquat, id laborat,  
 id metuit: cui honoris integros fructus non sit traditurus, ne aeternam memoriam dedecoris relin-  
 quat. Sic vos orat Iudices paruus, vt se aliquando si non integra fortuna, at afflictata patri suo  
 gratulari sinatis, huic misero notiora sunt iudiciorum itinera, & fori, quam disciplinarum. Non iam de  
 vita P. Syllae Iudices, sed de sepultura contendit. vita erepta est superiore iudicio, nunc ne corpus  
 eiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliquum, quod est in vita hac teneat: aut quod est, quod obrere hunc cuique  
 vita videatur? Nup is homo fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei se neque honore, neque gratia, nec for-  
 tunis anteferret. nunc spoliatur omni dignitate, quae erepta sunt, non repetit: quod fortuna in malis  
 reliquum fecit, vt cum parente, cum liberis, cum fratre, cum his necessariis lugere suam calamitatem liceat, id  
 sibi ne eripiantur Iudices, vos obtestatur. Te ipsum iam Torquate expletum huius miseris pateat. et si  
 nihil aliud Syllae nisi consulatum abstulissetis: tamen eo vos contentos esse oportebat. honoris enim con-  
 tentio vos ad causam, non inimicitiam deduxerunt. Sed cum huic omnia cum honore detracta sint: cum in  
 hac fortuna misera ac luctuosissima destitutus sit: quod est quod expetas amplius? lucis ne hac usura  
 eripere vis plenam lachrymarum atque mœroris: in qua cum maximo cruciatu, atque dolore retinetur:  
 libenter reddiderit adempta ignominia foedissimi criminis. an vero inimicum vt expellas: cuius  
 ex miseris, si esses crudelissimus, videndo fructum caperes maiorem, quam audiendo? O miserum & infeli-  
 cem illum diem, quo consul omnibus ceteris P. Sylla renunciatus est: O falsam spem: O volucrum fortunam:  
 O caecam cupiditatem: O prosteram gratulationem, quam cito illa omnia ex latitia & voluptate ad luctum, &  
 lachrymas reciderunt: vt quod paulo ante consul designatus fuisset, retineret repetere nullum vestigi-  
 um pristinae dignitatis. Quid enim erat mali, quod huic spoliato honore, fama, fortunis, deesse vi-  
 deretur: aut cui nouae calamitatis locus vllus relictus esset: vrget eadem fortuna quae coepit, repe-  
 rit nouum mœrorum, non patitur hominem calamitosum vno modo afflictum vno in luctu perire. Sed  
 iam impediatur egomet Iudices dolore animi, ne de huius miseria plura dicam. vestrae iam sunt pres  
 Iudices, in vestra mansuetudine, atque humanitate causam totam repono. vos & reiectione inter  
 posita nihil suspicantibus nobis repetitum in nos Iudices consedistis, ab accusatoribus delecti ad  
 spem acerbitatis, a fortuna nobis ad praesidium innocentiae constituti. Vt ego quod de me populus Ro.  
 existimaret, quia seuerus in improbos fueram, laboravi: & quae prima innocentis mihi defensio est  
 oblata, suscepi: sic vos seueritate iudiciorum, quae per hos menses in homines audacissimos facta  
 est, lenitate ac misericordia mitigare. Hoc cum impetrare a vobis ipsa causa debet, tum est ve-  
 stri animi atque virtutis declarare, non esse eos vos, ad quos potissimum interposita reiectione  
 deuenire conuenerit. in quo ego Iudices vos, quantum meus amor in vos postulat, tantum hor-  
 tor, vt communi studio, quoniam in Rep. coniuncti sumus, mansuetudine & misericordia ve-  
 stra falsam a nobis crudelitatis famam repellamus.

Usura lu-  
cis.

Fortunae  
mutatio.

Reiectio.

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA.

ORATIO. XXVI.



IQVID est in me ingenium Iudices, quod sentio quam sit exiguum: aut si qua  
 exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum:  
 aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis, & discipli-  
 na perfecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruis-  
 se: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repe-  
 tere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respi-  
 cere spatium praeteriti temporis, & pueritiae memoriam recordari vlti-  
 mam, inde usque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam,  
 & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. Quae  
 si haec vox huius hortatu, praecipisque conformata, nonnullis aliqua

includat

Vltima me-  
moriam.

## Oratio

do salutē fuit: a quo id accepimus, quo ceteris opitulari, & alios seruare possemus, huic profecto ipsi, quantum est sitū in nobis, & opem, & salutē ferre debemus. Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur: quod alia quedā in hoc facultas sit ingenii, neque hęc dicēdi ratio, aut disciplinā: nec nos quidem huic cuncti studio penitus unquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quę ad humanitatē pertinet, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. Sed ne cui vestrum mirū esse videatur, me in questione legitima, & in iudicio publico, cū res agatur apud Prętorē populī Romani, lectissimū virū, & apud seuerissimos Iudices, tantō conuentu hominū, ac frequentia, hoc vtri genere dicendī, quod nō modo a consuetudine iudiciorū, verū etiam a forensi sermone abhorreat: queso a vobis, vt in hac causa mihi detis hęc veniā, accommodatam huic reo, vobis quęadmodū spero non molestā: vt me pro summo poeta, atque eruditissimo hoīe dicentē, hoc concursu hominū literatissimorū, hac vestra humanitate, hoc denique Prętorē exercente iudiciū, patiamini de studiis humanitatis, ac literarū paulo loqui liberius: & in eiusmodi psona, quę propter ortū ac studiū minime in iudiciis piculifque tractata est, vti prope nouo quodā, & inusitato genere dicēdi, quod si mihi a vobis tribui, concedique sententiā, pfectiā pfecto, vt hūc A. Liciniū nō modo nō segregādū, cū sit ciuis, a numero ciuiū, verū etiā, si nō esset, putetis asciscēdū fuisse. Nā vt primū ex pueris excessit Archias: atque ab his artibus que etas puerilis ad humanitatē informari solet, se ad scribēdi studiū cōtulit: primū Antiochię (nā ibi natus est, loco nobili, & celebri quodā vrbe, & copiosa, atque eruditissimis hoībus, liberalissimisque studiis affluēt) celeriter antecellere omnibus ingenii gloria cōtigīt. Post in ceteris Asię partibus, cunctisque Gręcię, sic eius aduentus celebrabat, vt famā ingenii expectatio hoīs: expectationē, ipsius aduentus, admiratioque superaret. Erat Italia tunc plena Gręcarū artium ac disciplinarū: studiaque hęc, & in Latio vehemētius tum colebant, quā nunc hisdē in oppidis: & hic Romę propter tranquillitatē Reip. non negligebantur. Itaque hunc & Tarentini, & Rhęgyni, & Neapolitani ciuitate ceterisque premiis donarunt: & omnes, quę aliquid de ingenii poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignū existimarūt. Hac tanta celebritate fame, cum esset iam absentibus notus, Romā venit Mario Consule, & Catulo, nactus est primū Cōsules eos, quorum alter res ad scribēdū maximas: alter cū res gestas, tum etiā studium, atque aures adhibere posset. statim Lucullū, cum prętextatus etiā tum Archias esset, eum domū suam receperunt. sed etiam hoc non solū ingenii ac literarū, verū etiam naturę atque virtutis, vt domus quę huius adolescentię prima fuerit, eadē esset familiarissima senectuti. Erat temporibus illis iucundus Q. Metello illi Numidico, & eius Pio filio: audiebat a M. Aemilio: viuebat cū Q. Catulo & patre, & filio: a L. Crasso colebat: Lucullos vero, & Drusum, & Octauios, & Catonē & totā Hortensiorū domū deuinctā cōsuetudine cū teneret, afficiebat sūmo honore, quod eū nō solū colebat, quod aliquid percipere aut audire studebat, verū etiā, si quod forte simulabāt. Interim satis longo interuallo, cū esset cū L. Lucullo in Sicilia profectus, & cū ex ea puincia cū eodē Lucullo decederet, venit Heracleā, quę cū esset ciuitas equissimo iure, ac fœdere, ascribi se in eā ciuitatē voluit. idque, cū ipse pro se dignus putaret, tum auctoritate & gratia Lucullī ab Heracliensibus impetravit. Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis, si quod fœderatis ciuitatibus ascripti fuissent: si tū, cū lex ferebat, in Italia domiciliū habuissent: & si sexaginta diebus apud Prętorē essent pfecti. Cū hic domiciliū Romę multos iam annos haberet, professus est apud Prętorē Q. Metellum familiarissimū suum. Si nihil aliud, nisi de ciuitate, ac lege dicimus, nihil dico amplius, causa dicta est. Quid enim horum infirmari Gracche potest! Heraclia: ne esse eū ascriptū negabis: adest vir summa auctoritate, & religione, & fide, M. Lucullus, qui se nō opinari, sed scire, nō au diuisse, sed vidisse, nō interfuisse, sed egisse dicit. adsunt Heraclienses legati. nobilissimi hoīes, huius iudicii causa, cū mādatis, & cū publico testimonio venerūt, qui eū ascriptū Heracliensem dicunt. Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello incenso tabulario interisse scimus omnes. Est ridiculum ad ea quę habemus nihil dicere, querere quę habere nō possumus: & de hominū memoria tacere, literarū memoriā flagitare: & cum habeas amplissimi viri religionē, integerrimi municipiū iusiurandū, fidemque: ea, quę deprauari nullo modo possunt, repudiare: tabulas quas idem dicis solere corrūpi, desiderare. At domiciliū Romę nō habuit is, qui tot annis ante ciuitatē datā, sedē omnium rerū ac fortunarū suarū Romę collocauit. At nō est pfectus. imo vero his tabulis pfectus, qui solē ex illa pfectiōe collegioque Prętorū obtinet publicarū tabularū auctoritatē. Nā cū Appii tabulę negligētius asseruatę dicerent: Gabiniū, quod diu incolumis fuit, leuitas, post damnationē, calamitas, omnem tabularū fidē refi

Artiū hūa  
nitatis co-  
gnatio.

Quæso a  
vobis.

Ex pueris  
excedere.

Ingenii fa-  
mā, expecta-  
tio hoīs: ex-  
pect. aduē.  
sup.

Tabulariū

gnasset: Metellus homo sanctissimus modestissimisque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad Letitulum Praetorem, & ad iudices venerit, & unius nominis littera se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam litteram in nomen A. Licinii videtis. Quae cum ita sint, quid est quod de eius civitate dubitetis: praesertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit adscriptus. Etenim cum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte praeditis gratuito civitatem in Graecia homines impertiebantur, Rhegynos, credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingenii praedito gloria noluisse: quod cum ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserunt: hic quod nec utrumquidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracliamensem esse voluit, reicietur. Census nostros requirit scilicet. Est enim obscurum proximis censoribus, hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem Questore fuisse in Asia: primis Iulio, & Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed quoniam census non ius civitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, quod sit census, ita se iam tum gessisse pro civitate: his temporibus, quae tu criminariis, ne ipsius quidem iudicio in civium Romanorum iure esse versatum, & testamentum saepe fecit nostris legibus, & adiit hereditates civium Romanorum, & in beneficiis ad avaritum delatus est a L. Lucullo Praetore, & Consule. Quae argumenta, si qua potes, nunquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio revincet. Quae a nobis Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur: quia suppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures convitio defesse conquiescant. An tu existimas, aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus: aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus: Ego vero fateor me his studiis esse deditum: ceteros pudeat, si qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucem proferre. Me autem quod pudeat: quod tot annos ita vivo iudices, ut a nullius me unquam tempore, aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit. Quare quod tandem me reprehendat: aut quod mihi iure succenseat: si quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi, & corporis conceditur temporis, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique aleae, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero. Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis, haec quoque crescit oratio & facultas, quae quantacumque in me est, nunquam amicorum periculis defuit. Quae si cui levior videtur: illa quidem certe, quae summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. Nam nisi multorum praecipis multisque literis mihi ab adolescentia suavissem, nihil esse in vita magnopere expectandum, nisi laudem, atque honestatem: in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis, atque exilii parvi esse ducenda: nunquam me pro salute vestra in tot, ac tantas dimicationes, atque in hos profligatos hominum quotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena explorum verustas: quae iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accederet. Quae multas nobis imagines, non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas, scriptores & Graeci, & Latini reliquerunt: quas ego mihi semper in administranda Republica proponens, animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam. Quae quispiam, quod illi ipsi summi viri, quorum virtutes literis proditae sunt, ista ne doctrina, quam tu laudibus effers, eruditum fuerunt: difficile est hoc de omnibus confirmare, sed tamen est certum quod respondeat. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina naturae ipsius habitu prope divino, per se ipsos & moderatos, & graues extitisse fateor. etiam illud adiungo: sapius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. atque idem contendo, cum ad naturam eximiam, atque illustram accesserit ratio quaedam, confirmatioque doctrinae, tum illud nescio quid plus possit praclarum, ac singulare solere existere. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem Africani: ex hoc C. Lelium, L. Furium modestissimos homines, & continentissimos: ex hoc fortissimum virum, & illis temporibus doctissimum Catonem illum senem, qui profecto si nihil ad percipiendam colendamque virtutem literis adiuverent, nunquam se ad earum studium contulissent. Quod si non hic tantus fructus ostenderet, & si ex his studiis delectatio sola peteretur: tamen ut opinor, hanc animadversionem humanissimam, ac liberalissimam iudicaretis, Nam ceterae res neque temporum sunt, neque aetatum omnium, neque locorum. haec studia adolescentiam agunt, se nequitiam oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium, ac solatium praebent, delectant domum, quod conferant

non impediri foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quod si ipsi haec neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte nuper non commoveretur: qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem, ac venustatem, videbatur omnino morti non debuisse, ergo ille corporis motu tantum amore sibi conciliavit a nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus, celeritatemque ingeniorum negligemus! Quoties ego hunc Archiam vidi Iudices, (ut ait vestra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, cum literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore: quoties reuocatum eandem rem dicere commutatis verbis, atque sententiis: quae vero accurate cogitatae scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent. hunc ego non diligam, non admirer: non omni ratione defendendum putem! Atque sic a summis hominibus, eruditissimisque acceperimus, ceterarum rerum studia, & doctrina, & preceptis, & arte constare: poetam natura ipsa valere, & metris viribus excitari, & quasi divino quodam spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono, atque munere commendati nobis esse videantur. Sit igitur Iudices sanctum apud vos humanissimos homines hoc poetarum nomen, quod nulla unquam barbaria violavit. Saxa & solitudines voce respondent, bestiae sepe immanes cantu flectuntur atque consistunt, nos instituti rebus optimis non poetarum voce moveamur! Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vendicant, Salaminii reperunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt, permulti alii praeterea pugnant inter se, atque contendunt. Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc vivum quod & voluntate, & legibus noster est, repudiabimus! praesertim cum omne olim studium, atque ingenium contulerit. Archias ad populi Romae gloriam, laudemque celebranda, nam & Cimbricas res adulescens attigit: & ipsi illi C. Mario, quod durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit. Neque enim quod est tam aversus a musis, qui non mandari versibus aeternum suorum laborum facile praconium patitur. Themistoclem illum summum Athenis virum dixisse aiunt: cum ex eo quaereretur, quod Acroama, aut cuius vocem libentissime audiret: eius, a quo sua virtus optime predicaretur. Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari. Mithridaticum vero bellum magnum, atque difficile, & in multa varietate terra marique versatum, totum ab hoc expressum est, qui libri non modo L. Lucullum fortissimum, & clarissimum virum, verum etiam populi Romae nomen illustrent. Populus enim Romae aperuit Lucullo imperante Pontum, & regibus quondam opibus, & ipsa natura regionis vallatum: populi Romae exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit: populi Romae laus est, urbem amicissimam Cyzicenoque eiusdem consilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptam esse, atque servatam. nostra semper feretur & praedicabitur L. Lucullo dimicante cum interfectis ducibus depressa hostium classis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis. nostra sunt trophaea, nostra monumenta, nostri triumphus, qua re quorum ingenis haec feruntur, ab his populi Romae fama celebratur. Charus fuit Africano superiori noster Ennius, itaque etiam in sepulcro Scipionum putatus esse constitutus, & marmoratis laudibus certe non solum ipsi, quod laudantur, sed etiam populi Romae nomen ornat. In celum huius proavus Cato tollitur. magnus honos populi Romae rebus adiungitur. omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii non sine communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum, qui haec fecerat, Rudium hominem maiores nostri in civitate receperunt: nos hunc Heraclensem, multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate eiciemus! Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi, quam ex latinis, vehementer errat: propterea quod graeca leguntur in omnibus fere gentibus: latina suis finibus, exiguis sane continentur. Quare si res haec, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiunt, cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, haec ampla sunt: tum his certe, qui de vita gloriae causa dimicant, hoc maximum & periculorum incitamentum est, & laborum. Quod multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur: atque is tamen, cum in Sigee ad Achillis tumulum astitisset: O fortunata inquit adolescens, qui tuae virtutis Homerum praconem inueneris, & vere, nam nisi illi ars extitisset illa, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quid noster hic Magnus, quod cum virtute fortunam adaequavit: nonne Theophanem Mitylenensem scriptorem

rerum suarum in cōcione militum ciuitate donauit: & nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloria commoti, quasi parricipes eiusdem laudis magno illud clamore approbauerunt: Itaque credo, si ciuis Romanus Archias legibus non esset, vt ab aliquo Imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit: Sylla cum Hispanos & Gallos donaret, credo hunc petentem repudiasset: quem nos in concione vidimus, cum ei libellum malus poeta de populo subiecisset, & Epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex his rebus, quas tunc vendebat, iubere ei pramium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali Poetae duxerit aliquo tamen premio dignam, huius ingenium, & virtutem in scribendo, & copiam non expetisset: Quid a Q. Metello Pio familiarissimo suo, qui ciuitate multos donauit, neque per se, neque per Lucullos impetrauisset: qui praeterim usque eo de suis rebus scribi cuperet, vt etiam Cordubę natis Poetis pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed pre nobis ferendum. Trahimur omnes laudis studio: & optimus quique, maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se, ac nominari volunt. Decimus quidem Brutus, summus ille vir, & Imperator, Accii amicissimi sui carminibus templorum, ac monumentorum aditus exornauit suorum. Iam vero ille qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias Musis consecrare. Quare in qua vrbe Imperatores prope armati Poetarum nomen, & Musarum delubra coluerunt, in ea non debent rogati iudices a Musarum honore, & a Poetarum salute abhorre. Atque vt id libentius faciatis, iam me vobis iudices indicabo, & de meo quodam amore gloriae, nimis acri fortasse, verum tamen honesto, vobis confitebor. Nam quas res nos in Consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius vrbis, atque Imperii, & pro vita ciuium, proque vniuersa Rep. gessimus: attigit hic versibus, atque inchoauit, quibus auditis, quod mihi magna res, & iucunda visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum, periculorumque desiderat, praeter hanc laudis, & gloriae, qua quidem detracta iudices, quid est quod in hoc tam exiguo vitae curriculo, & tam breui, tantis nos in laboribus exerceamus: certe si nihil animus praesentiret in posterum, & si quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis, vigiliisque angeretur, nec toties de vita ipsa dimicaret. nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes, & dies animum gloriae stimulis concitat, atque admo-  
net, non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam. An vero tam parui animi videamur esse omnes, qui in re publica, atque in his vitae periculis laboribusque versamur: vt cum usque ad extremum spatium, nullum tranquillum, atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur: An, cum statuas & imagines non animorum simulacra, sed corporum, studiose multum summi homines reliquerunt, consiliorum relinquere, ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus, summis ingeniis expressam, & politam: Ego vero omnia, quae gerebam, iam tum in gerendo spargere me, ac disseminare arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam. Haec vero, siue a meo sensu post mortem abfutura sunt, siue, vt sapientissimi homines putauerunt, ad aliquam animi mei partem pertinebunt, nunc quidem certe cogitatione quadam, speque delector. Quare conseruate iudices hominem, pudore eo, quem amicorum studiis videtis comprobari, tum dignitate, tum etiam venustate: ingenio autem tanto, quanto id conuenit existimari, quod summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis: causa vero eiusmodi, quae beneficio legis, auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quae cum ita sint, petimus a vobis iudices, si qua non modo humana, verum etiam diuina in tantis negotiis commendatio debet esse: vt eum, qui vos, qui vestros Imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornauit: qui etiam his recentibus nostris, vestrisque domesticis periculis aeternum se testimonium laudum daturum esse profitetur: isque est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habitus, atque dicti: sic in vestram accipiat fidem, vt humanitate vestra leuatus potius, quam acerbitate violatus esse videatur. Quae de causa pro mea conseruatae, simplicitateque dixi iudices, ea confido probata esse omnibus: quae firmitate a me iudicialique consuetudine, & de hominis ingenio, & communiter de ipsius studio locutus sum, ea iudices a vobis spero esse in bona partem accepta: ab eo, qui iudicium exercet, certe scio.